Nos Jozeph de Tharnawa iudex Et Clemens de Pakoszowicze Subiudex terre Sanocensis
generalis Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quod tempore olim
Officiorum Nicolai de Przemysl Iudicis Et Nicolai de Ozarsko subiudicis predicte terre Sanocensis generalis tunc
notarii nostri officii de stetit in actis ipsorum inveniuntur Sub Sigillis et Titulis nostris de verbo ad verbum de serie demandamus
vero veniens personaliter Officio dominus Nicolaus Bal de Nowotaniecz dapifer terre Sanocensis non compulsus nec coactus nec aliquo
dolo seu fraude seductus Sanus mente et corpore existens sponte matura prehabita deliberacione officio publice recognouit Quia Nobili
Zophie heredi de Przedzimirz Consorti sue legittime dedit et donauit Centum marcas pecunie monete et numeri polonicalis Quadra-
ginta octo grossos in quolibet marca computando Quasquidem Centum marcas inscribit et reformat ei in et super medietate bonorum opidi et
ville Nowothaniecz Cumquidem bona predicta prefata domina Zophia tenebit habebit possidebit vtifruetur In omnibus in dominio tenere et
possidetur prout prius solus tenuit habuit et possedit presentibus ibidem Officialibus et Nobilibus Mathia Bal Iurzanno Petro Przemysl
de Marzimirz Thribune Mathia de Nadew Iacobo Przemysl Iacobo de Chymnyska Raphaele de ibidem et alijs
quam pluribus testibus dignis et per hoc memoriali posuit quod nostrum suscepit Anno domini Millesimo Quadringentesimo

Nos Jozeph de Tharnawa iudex et Clemens de Palesowicze subiudex terre Sanocen(sis)
generalis significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris Quod tempore olim
successorum Nicolai de Chmyeliow iudicis et Nicolai de Stharsye subiudicis predicte terre Sanocensis generalium hec
notatam inscripcionem descriptam in actis ipsorum invenimus Sub Sigillis et titulis nostris de verbo ad verbum de libro demandamus
vero veniens personaliter Generosus dominus Nicolaus Bal de Nowotanyecz dapifer terre Sanocensis, non compulsus nec coactus nec aliquo
dolo seu fraude seductus sed mente et corpore existens sanus matura prehabita animo tamen consilio publice recognovit. Quia Nobili
Zophie heredi de Prodzimyr Consorti sue legittime dedit et donavit Centum marcas pecuniarum monete et numeri polonicalis quadra-
ginta octo grossis in qualibet marca computandis, quasquidem Centum marcas inscribit et resignat eidem in et super medietate bonorum opidi et
ville Nowothanyecz, Quequidem bona predicta prefata domina Zophia tenebit habebit possidebit utifructuabit cum omni iure dominio toto ac
proprietate prout solus tenuit habuit et possedit Presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Mathia Bal Succamerario Petro Przemyslensi
de Narzymyrz Cherubino, Mathia de Nyedow Jacobo Przemyslensi Jacobo de Lyminyska Raphaele de ibidem et aliis
quam pluribus fide dignis et propter hac memoriali presentes sigilla nostra iudicialia subscripsimus Anno domini Millesimo Quadringen-
tesimo Octuagesimo Quarto Datum in Sanok feria tercia proxima post festum divisionis apostolorum

